Parallelì LXXIII.

AVGVSTINI CATHOLICI

ET

Augustinomastigis HÆRETICI,

Quibus Orthodoxæ D. Augustini & nouellæ Sectatorum, fidei atque doctrinæ, oppositio diametralis, clarè indigitatur.

Auctore

R. P. Fr. HENRICO LANCILOTTO, *Mechliniensi, Ordinis Fratrum Eremitarum D. Augustini, & S. Theol. Doctore Louaniensi.*

ANTVERPIÆ,
Apud Guilielmum à Tongris sub signo Gryphi.
Anno M. DC. XIX.

Cum Gratia & Priuilegio.

PROLOGVS IN PARALLELOS AVGVSTINI CATHOLICI ET AVGVSTINOMASTIGIS HÆRETICI.



VANTVM in posterorum Quæstionibus decidendis, pondus habeat, Sanctorum, præsertim qui Apostolicis temporibus viciniores fuêre, Patrum iudicium, vnus præ cæteris elucidat Theologorum vertex D.P.N. AVGVSTINVS libro 2. contra Iulianum Pelag. dum recensita Clariss. Sacerdotum Irenæi, Cypriani, Reticij, Olympij, Hilarij, Ambros. Gregor. Innocent. Ioan. Basilij, Hierony. &c. de omnium hominum peccato Originali obnoxia successione, vnanimi sententiâ; *Dixisti*, inquit, *quod omnes iudices ab odio, amicitia, inimicitia, ira, vacuos esse deceat; pauci tales potuerunt inueniri: Sed Ambrosium aliosque collegas eius, quos cum illo connumeraui, tales fuisse credendum est. Verùm & si tales non fuerunt in his causis quas*

ad se delatas & inter partes cognitas, cùm hîc viuerent, suo iudicio definierunt, ad hanc tamen causam tales erant; quando de illa sententias protulerunt, nullas nobiscum vel vobiscum amicitias vel attenderunt vel inimicitias exercuerunt. Neque nobis, neque vobis irati sunt, neque nos neque vos miserati sunt. Quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt: Quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Nondum vobiscum apud istos Iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est causa nostra. Nec nos nec vos eis noti fueramus, & eorum pro nobis latas contra vos sententias recitamus: nondum vobiscum certabamus, & eis pronuntiantibus vicimus. Hactenus D. August. Cuius in asserendo soliditatem, in disserendo acrimoniam, in exponendo breuiusculam claritatem, in iudicando Sapientiam, in dicendo modestiam, viuendo Sanctimoniam, ad viam denique veritatis deuios reducendo zelum, vti iure totâ miratur Ecclesia; Ita Sectarij qui omnes penè Patres, tanquam fallaces, & superstitiosos eleuant; vnicum tamen D. Augustinum suspiciunt, excipiunt, honorant. Sanè Ioan. Caluinus, exulceratissimus alioqui Romanæ Ecclesiæ hostis, *lib. 4. Institut. cap.* 14. §. 26. veteris ac noui Testamenti Sacramentorum institutâ comparatione,

ratione, atque in Subiecti confirmationem producto D. Augustino, *Hunc* (ait) *vt optimum ex tota antiquitate & fidelissimum testem sæpiùs citamus.* Hunc ergo suis Castris Hæretici adnumerant, hunc ore passim tonant, hunc in perfidiæ suæ partes, Batauici tum Gummaristæ, tum Arministæ (ambo Caluiniani Antagonistæ & disputantuli interminati) circa Mater. Prædestinatio. Reprobatio. Gratiæ, Lib. Arbitrij, Peccati, (quisque pro sua rixandi libidine) turpiter inflectunt, atque omnium fidelissimum veritatis assertorem exclamant. Quid plura? Sub initium ictarum inter Potentiss. ac Sereniss. Archiduces nostros ALBERTVM & ISABELLAM, ex vna; & confœderatos Hollandiæ, Zeelandiæ, Frislandiæ, &c. Prouinciarum Ordines, ex altera, partibus; Induciarum belli; ab oris illis marinis, ad Monasterium nostrum Antuerpiense accessere viri præclari, iudicio præstantes, veritatisque Orthod. vt aiebant, percupidi (cæteroqui Hæreticæ prauitatis veneno præuenti) eâ mente & scopo, vt si in plerorumque dogmatum assertione, D. AVGVSTINVM, à Pontificiorum parte stare, certò quis demonstraret, Romanæ Ecclesiæ palmas se infallibiliter daturos, vltroneè compro-

mitterent. Præſentem ergo, tum Cathol. veritatis Patronum & Tutelarem meum Auguſtinum, ab errorum noxa vendicandi, tum de ſalute comprouincialium Belgarum, adeoque omnium ſalutaris fidei amantium, benè merendi occaſionem nactus; hoſce Auguſtini Catholici, & Auguſtinomaſtigis Hæretici Parallelos, proximâ tabulâ expreſſi, eo fine, vt cuiuis, maximè in capeſſenda fide fluctuanti, Orthodoxi atque omni exceptione maioris Patris Auguſtini, in pleriſque dogmatibus controuerſis, doctrinalem aſſertionem, induſtriam, conſtantiã, claritatem, veritatis amorem, modeſtiam vitæque integritatem conſpicato; diſcuſſis falſitatis impactæ tenebris, tam vanam de S. Auguſtino gloriandi anſam, Eccleſiæ hoſtibus clarè pateſcat eripi; Orthodoxa verò & Romano-Catholica fides (ſine qua nemo ſuæ ſaluti benè vult conſultum) hac ratione ceu nouis HÆRETICI QVARE, & CATHOLICI QVIA Paraſtatis, fortiùs ſubſtruatur. Iam ad rem propiùs accedamus.

PARA-

PARALLELVS PRIMVS.

AVGVSTINI CATHOLICI.

Absoluendi à peccatis veram & iudiciariam potestatem, non solùm remissa esse declarandi prærogatiuam, habent noui Testam. Sacerdotes.

A.



*Iuus Augustinus, de vera & falsa Pœnitent.cap.*10. Ipsi enim Sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere: quibus enim remittunt, remittit Dominus; Lazarũ quem de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi, concessam Sacerdotibus, dixit enim: Quæcumque solueritis super terram, &c. Non dixit quos putatis ligare & soluere; sed, in quos exercetis Opus Iustitiæ aut Misericordiæ.

PARALLELVS PRIMVS

AVGVSTINOMASTIGIS HÆRETICI.

M*Artin. Lutherus, art.* 13. *apud Ioan. Roffensem:* Absente Sacerdote, etiam puer, aut mulier, & quilibet Christianus absoluere potest. *Et Ioan. Caluinus, lib.*3.*Instit.cap.*14.§.14. Quum de Clauibus agitur, semper cauendum est, ne facultatem aliquam somniemus ab Euangelij prædicatione separatam. Et §.20. Inferendum ergo erit, nullos Sacrificulos habere clauium potestatem. *Et* §.23.

Abſolutio quæ fidei ſeruit, nihil aliud eſt, quàm teſtimonium veniæ, ex gratuita Euangelij promiſſione, ſumptum.

Vide Gubernatores Eccleſiæ.

Parallelus 2.

Auguſtini Catholici.

Actiones iuſtorum non ſunt omnes impuritate peccati ac carnis conſperſæ.

D. Auguſt. lib. 2. de Peccator. Merit. & remiſſ. cap. 7. Ex hoc quod (*baptizati*) in nouitate ſunt, hoc eſt ex plena & perfecta remiſſio. peccatorum & quantumcunque illud eſt, quod ſpiritaliter ſapiunt, eique congruos mores agunt, filij Dei ſunt; intrinſecus enim exuimus veterem hominem & induimus nouum. *Et lib. de bono Coniugal. cap. 6.* Coniugalis concubitus generandi gratiâ, non habet culpam. *Et cap. 7.* Reddere debitum coniugi, nullius eſt criminis.

Parallelus 2.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Luther. art. 31. apud Roffen. In omni opere bono iuſtus peccat. *Et Caluin. l. 3. Inſtit. cap. 11. §. 11.* Hoc ſecundum (reformari in vitæ nouitatē) ſic inchoat Deus in electis ſuis totoque vitæ curriculo paulatim & interdum, lentè in eo progreditur, vt ſemper obnoxij ſint apud eius Tribunal, mortis iudicio. *Et eodem lib. c. 3. §. 10.* Docemus itaque in ſanctis, donec mortali corpore exuantur, ſemper eſſe peccatum. *Et c. 14. §. 9.* Dico quod optimum ab illis proferri poteſt, aliquâ tamen ſemper carnis impuritate reſperſum & corruptum eſſe, ac tanquam aliquid fæcis admixtum habere.

Vide Opera Supererogationis.

Paral-

Parallelus 3.

Auguſtini Catholici.

Adam non Dei ordinatione vel iuſſu; at permiſſu duntaxat eſt lapſus.

D. Aug. lib. 13. *de Trinit. cap.* 12. *& lib.* 3. *contr. Iulian. c.* 2. 3. 4. Modus autem iſte quo traditus eſt homo, (*Adam.*) in Diab. poteſtatem, non ita debet intelligi tanquam hoc Deus fecerit, aut fieri iuſſerit, ſed quod tantùm permiſerit, iuſtè tamen. *Et lib. de vera Religio. c.* 14. Quod homini à peruerſo Angelo perſuaſum dicitur, etiam ad hoc vtique voluntate conſenſit.

Parallelus. 3.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Caluin. l. 3. *Inſtit. c.* 23. §. 7. Diſertis verbis hoc extare negant (*Scholaſtici*) decretum fuiſſe à Deo vt ſuâ defectione periret Adam: Quaſi verò idem ille Deus quem Script. prædicat facere quæcumque vult, ambiguo fine condiderit nobiliſſimam ex ſuis creaturis: *Et poſt pauca.* Decretum quidem horribile fateor; inficiari tamen nemo poterit, quin præſciuerit Deus quem exitum eſſet habiturus homo antequam ipſum conderet, & ideò præſciuerit, quia Decreto ſuo ſic ordinârat.

Vide Voluntas hominis, & Deus.

Parallelus 4.

Auguſtini Catholici.

Adoratione Religioſâ, Dulia dictâ, Sancti licitè coluntur.

D. Aug. ſermo. 1. *de SS. Petro & Paulo.* Beatiſſ. Petrum Piſcatorem modò genibus prouolutis adorat

Gen-

Gentium multitudo. *Et sermo. 2. in Psal.* 88. Natalitia Sanctorum cum sobrietate celebrate, vt imitemur eos qui nos præcesserunt, & gaudeant de vobis qui orant pro vobis. *Et Epist.42.ad Madauren.* Imperij nobiliss. eminentissimum culmen (*nunc videtis*) ad Sepulchrum Piscatoris Petri, submisso diademate, supplicare.

Parallelus 4.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin l.1.Instit.c.11.§.1. Sic aliquot retro sæculis, sancti qui hâc vitâ excesserant, in Dei societatem euecti sunt, vt pro illis & colerentur, & inuocarentur & celebrarentur. *Et* §. 2. Quem enim Sanctis cultum deferunt Papistæ, nihil reipsâ differre à Dei cultu, palàm est: promiscuè enim Deũ & illos adorant.

Vide Reliquiæ Sanctorum.

Parallelus 5.

Augustini Catholici.

Altaria noui Testamenti, vero & incruento Christi Sacrificio destinantur.

D.Aug.lib.8.de ciuit.c.27. Quis audiuit aliquando fidelium, stantem Sacerdotem ad altare, etiam super sanctum Corpus Martyris, ad Dei honorem cultumq́ue constructum, dicere in precibus: offero tibi Sacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane, cùm apud memorias eorum Deo offeratur. *& l.22.c.10.* Nec ibi erigimus altaria in quibus sacrificemus martyribus, sed vni Deo & Martyrum & nostro Sacrificium immolamus. *Et lib.* 9. *Confess. cap.14.* Memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, vnde sciret dispensari victimam sanctam,

ctam, quâ deletum est Chirographum quod erat contrarium nobis.

Parallelus 5.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. lib. 4. Instit. cap. 5. §. 9. Denique nihil illis (*Presbyteris*) reliquum est præter altare, in quo Christum sacrificent, quod non est Deo, sed Dæmoniis litare.

Vide Missæ Sacrificium, & Chrisma.

Parallelus 6.

Augustini Catholici:

Angeli custodes Deo offerunt nostra vota, & nobis impetrant Diuinæ Benignitatis propitiationem.

D. Aug. Soliloq. cap. 27. Ideoque magnâ curâ & vigilanti studio (Angeli) adsunt nobis omnibus horis & locis, succurrentes & prouidentes necessitatibus nostris, & solliciti discurrentes inter nos & te Domine, gemitus nostros atque suspiria referentes ad te, vt impetrēt nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem, & referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem.

Parallelus 6.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. lib. 1. Instit. cap. 14. §. 12. Valeat ergo Platonica illa Philosophia, de quærendo, per Angelos, ad Deum aditu, & ipsis in hunc finē colendis, quo Deum faciliorem nobis reddant: Quam superstitiosi curiosique homines.

Paral-

Parallelus 7.

Auguſtini Catholici.

Animæ Purgatorij de ſua ſalute ſecuræ, extra ſtatum ſunt merendi.

D. Aug. lib. 21. de ciuit. cap. 23. Ille Purgatorius ignis deterior erit quàm quid poteſt in hoc ſæculo pœnarum videri, aut cogitari, aut ſentiri. *Et de prædeſt. Sanctor. c. 14.* Dicit (*Cyprianus*) non ſolùm non eſſe fidelibus inutilem mortem, verumetiam vtilem reperiri; quoniam peccandi periculis hominem ſubſtrahit, & in non peccandi ſecuritate conſtituit. *Et Enchrid. c. 110.* Hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiã vel grauari.

Parallelus 7.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Luther. art. 38. apud Roſſen. Animæ in Purgatorio non ſunt ſecuræ de ſua ſalute, ſaltem omnes, nec probatum eſt vllis aut rationibus aut Scripturis, ipſas eſſe extra ſtatũ merendi aut augendæ Charitatis. *Et art. 39.* Animæ in Purgatorio peccant ſine intermiſſione.

Vide Purgatorius ignis.

Parallelus 8.

Auguſtini Catholici.

Apoſtolorum Caput & ſuperior fuit D. Petrus.

D. Aug. in Euangel. Ioan. tract. 56. Quis enim neſciat primum omnium Apoſtolorum eſſe, Beatiſſimum Petrum? *Et enarratio. 1. in Pſal. 108.* Quædam dicuntur quæ ad Apoſt. Petrum propriè pertinere

re

re videantur, nec tamen habent illustrem intelle-ctum, nisi cùm referuntur ad Ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gestasse, Personam, propter Primatum quem in discipulis habuit, Tibi dabo claues Regni cælorum: *Et de Baptis. cont. Donatist. lib. 2. cap.* 1 Quis enim nescit illum Apostolatus (*Petri*) Principatum, cuilibet Episcopatui præferendum? *Et sermo.* 13. *de verb. Dom.* In illo vno Apostolo, id est, Petro, in ordine Apostolorum primo & præcipuo, in quo figurabatur Ecclesia, vtrumque genus significandum fuit.

Parallelus 8.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin. lib. 4. *Instit. cap.* 6. §. 3. Hinc colligere licet aut illâ Christi voce nihil præ aliis datum esse Petro, aut Petrum ius quod acceperat, cum aliis ex æquo communicâsse. *Et* §. 7. Nihil aliud reperies, quam (Petrum) fuisse vnum ex numero 12. parem reliquis & socium, non dominum.

Vide Petrus.

Parallelus 9.

Augustini Catholici.

Arbitrium Hominis liberum non periit peccato Adæ.

D. Aug. disput. 2. *contr. Fortunatum.* Liberâ voluntate faciunt homines consuetudinem. *Et de vera Religion. c.* 14. nec hoc quidem dubitandum video, habere animas liberum voluntatis arbitrium. *Et Epist.* 107. *ad vitalem.* Neque fideles fiunt nisi libero arbitrio. *Vide eundem de quantit. Animæ cap.* 36.

Paral-

Parallelus 9.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal.libro 1.*Instit.cap* 15. §. 8 Qui verò Christi se discipulos esse professi, in homine perdito,& in spirituale exitium demerso, lib. Arbitrium adhuc quærunt, inter Philosophorum placita & cælestem doctrinam partiendo, planè desipiunt. *Et Luther.art.*36 Liberum Arbitrium post peccatum, res est de solo titulo, & dum facit quod in se est, peccat mortaliter.

Vide Fatalis peccandi necessitas, Deus, Voluntas.

Parallelus 10.

Augustini Catholici.

Auctoritati SS Patrum est cedendum.

D.Aug.contr.Epist.Manichæi ca. 5. Infirmabis mihi Catholicorum auctoritatem,qui iubent, vt tibi non credam. Quâ infirmatâ, iam nec Euangelio credere potero, quia per eos illi credideram. Ita nihil apud me valebit quicquid inde protuleris. *Et librò.* 1. *contr.Iulian. capit.* 2 Non quidem omnium (*SS Patrum*) de hac re sententias, nec omnes eos quos commemorabo, me congregaturum esse polliceor, quia nimis longum est & necesse esse non arbitror,sed ponam pauca paucorum,quibus tamen nostri contradictores cogantur erubescere & cedere.

Parallelus 10.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther.lib.contra Angliæ Regem: Nihil curo si mille Augustini,mille Cypriani, mille Ecclesiæ contra

me

me ſtarent. *Et Cal. lib. 2 Inſtitut. cap 14* §. 3 Atque hic excuſari non poteſt veterum error, qui dum ad Mediatoris Perſonam non attendunt, totius ferè doctrinæ, quæ in Euangelio Ioannis legitur, genuinum obſcurant ſenſum, ſeque implicant multis laqueis. *Et lib. 3 ca 5*, §. 10. Sed veteres omnes fateor, in errorem abrepti ſunt. *Et lib. 4. ca. 12.* §. 20 Non in totum excuſare audeo veteres, quin & ſuperſtitionis quædã ſemina iecerint, & occaſionem præbuerint Tyrannidi &c.

Vide Scriptura. Auctor peccati non eſt Deus Vide, Deus.

B.

Parallelus 11.

Auguſtini Catholici.

Baptizati vniuerſo peccatorum reatu expiantur & perditam in Adamo Iuſtitiam recipiunt; ſed quam Baptiſ. gratiam amittere poſſunt.

D. Auguſt. lib. 3. de Symbol. ad Catechum. cap. 10. Omnia prorſus delicta delet S. Baptiſma & originalia & propria: dicta, facta, cogitata, cognita, incognita, omnia dimittuntur. Innouat hominem qui fecit hominem, donat delicta qui non quærit merita; præuenit gratia etiam ipſam Infantiã. *Et lib. 6. de Geneſ. ad lit. cap.* 24. Quomodo renouari dicimur, ſi non hoc recipimus quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? *Poſt pauca.* Non immortalitatem ſpiritalis corporis recipimus, quàm nondum habuit homo: ſed recipimus iuſtitiam ex qua lapſus eſt homo. *Et Epiſt. 23. ad Bonifac.* Semel perceptam paruulus Chriſti gratiam non amittit, niſi propriâ impietate, ſi ætatis acceſſu tam malus euaſerit: tunc enim propria incipiet habere peccata,

Paral-

Parallelus 11.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Luther art.2. apud Roſſen. In puero poſt Baptiſm. negare remanens eſſe peccatum, eſt Paulum & Chriſtum ſimul conculcare. *Et,* Baptiſmus omnia (*peccata*) remittit, ſed nullum pœnitus tollit. *Et de Captiuit.Babylo.cap.de Baptiſ.* Baptizatus non poteſt, etiamſi velit, gratiam amittere, quantumcunque peccet, niſi nolit credere. *Et Caluin. lib.4. Inſtitut. cap.15.§.10.* Perſpicuum eſt quàm falſum ſit quod docuerũt pridem nonnulli, in quo alij perſiſtunt, per Baptiſ. ſolui nos & eximi nos ab originali peccato & à corruptione, quæ ab Adam in vniuerſam poſteritatem propagata eſt, atque in eandem iuſtitiam, naturæque puritatem reſtitui quam obtinuiſſet Adam, ſi in ea quâ primùm creatus fuerat, integritate ſtetiſſet.

Vide Actiones Iuſtorum, & Concupiſcentia.

Parallelus 12.

Auguſtini Catholici.

Baptiſmi Cæremoniæ laudantur à D. Auguſtino.

D. Auguſt. lib.6. contr. Iulian. cap.8. Signo Crucis conſecratur vnda Baptiſmatis, vt eâ diluatur reatus. *Et lib.2. de Nupt. & Concupiſc. cap.18.* Sic accuſat Eccleſiam toto orbe diffuſam, in qua vbique omnes Baptizandi infantuli non ob aliud exſufflantur. *Et de dogmat. Eccleſ. cap.31.* Cùm ſiue paruuli, ſiue iuuenes, ad regenerationis veniunt Sacramentum, non priùs fontem vitæ adeant, quàm Exorciſmis & exſufflationibus Clericorum, Spiritus ab eis immundus abigatur.

Paral-

Parallelus 12.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin lib. 4. Instit. cap. 15. §. 19. Inuenta est Benedictio vel potius incantatio, quæ veram aquæ cõsecrationem pollueret. Additus postea cereus cũ Chrismate; exsufflatio verò ianuam ad Baptism. aperire visa est. *Et post pauca.* Ad crassiora ludibria (*Satan*) prorupit: Hinc sputum & similes nugæ.

Vide Cerimonia.

Parallelus 13.

Augustini Catholici.

Bello & legibus coercendi sunt infideles, Turcæ, & Hæretici.

D. Aug. Epist. 50. ad Bonifac. Postea verò quam cæpit impleri quod scriptum est Psalm. 71. & adorabunt eum omnes Reges terræ &c. Quis mente sobrius Regibus dicat, nolite curare in Regno vestro, à quo tueatur vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri. *Et Epist. 146. ad Donatistas.* Inde Gratianus & Theodos. legite quando vultis, quæ de vobis constituerint. Quid ergo de filiis Theodosij miramini, quasi aliud in hac causa sequi debuerint, quam Constantini iudicium, per tot Christianos Imperatores firmissimè custoditum?

Parallelus 13.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther. art. 34. apud Roffen. Præliari aduersus Turcas, est repugnare Deo visitanti iniquitates no-

ſtras per illos. *Et.* Qui habet aures audiendi, audiat,& à bello Turcico abſtineat, donec Papæ nomen ſub Cœlo valeat. Dixi.

Parallelus 14.

Auguſtini Catholici.

Benedictiones Eccleſiæ D. Auguſtino probantur.

D. Aug. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8. Surreximus & ac-ceptâ ab Epiſcopo benedictione, diſceſſimus: *& Epiſt. 59. quæſt. 5. ad Paulin.* Interpellationes autem, ſiue, vt veſtri codices habent, poſtulationes fiunt, quum populus benedicitur: tunc enim Antiſtites velut Aduocati, ſuſceptos ſuos per manus impoſitionem, miſericordiſſimæ offerunt poteſtati.

Parallelus 14.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Calu. l. 4. Inſtit. cap. 10. §. 18. Ridiculos ſe faciunt &c. partim ineptas geſticulationes, & inanes cærimoniolas, quas inſulſi Sacrificuli, qui nec nare ſciunt, nec litteras, perquam ritè peragunt. *Et paulo poſt.* Hæc κακοζηλία bonam iſtorum rituum partem nobis peperit.

Parallelus 15.

Auguſtini Catholici.

Calix non eſt de neceſſitate Sacramenti.

D. Aug. l. 3. de Conſenſ. Euangeliſt. ca. 25. Non autem incongruenter accipimus, hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuiſſe (in Emaus) ne agnoſceretur Ieſus, ſed tamen à Chriſto facta

est Permissio vsque ad Sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participatâ, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci: *Et Epist.86.* Ita eâdem nocte fracturus panem, sicut frangitur in Sacramento corporis Christi, produxit sermonem vsque ad medium noctis.

Parallelus 15.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther. in Septicipite Cochlæi ca. 23. In despectum Concilij eiusque statuti, aut vnâ aut neutrâ, & minimè vtraq;, vti vellemus, maledicturi vniuersos, *Et Caluin lib.4. Instit. c. 17. §. 47.* Ex eadem prodiit officina & altera constitutio, quæ dimidiam Cœnę partem, meliori Pop. Dei numero vel furata est, vel eripuit, nempè Symbolum sanguinis, quod laicis & profanis (his scilicet titulis Dei hæreditatē insigniunt) interdictum paucis rasis & vnctis in peculium cessit. Edictum æterni Dei est, vt omnes bibant.

Vide Caro Christi.

Parallelus 16.

Augustini Catholici.

Cantus Latinus Ecclesiasticorum, iampridem in vsu fuit.

D. Aug. Epist.57. ad Dardan. quæst. 1. Nosti autem in quo Sacrificio dicatur, Gratias agamus Domino Deo nostro. *Et de bono perseuer. ca. 13.* Quod ergo in Sacramentis fidelium dicitur vt sursum corda habeamus ad Dominum, munus est Domini &c.

admonentur, & dignum & iustum esse respondét. *Et l.9. Confess.c.6.& 7.* Quantum fleui in Hymnis & Canticis tuis suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter.

Parallelus 16.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. l. 3. Instit.ca.20. §.33. Quis ergo effrænem Papistarum licentiam satis miretur, qui Apostolo palam sic reclamante, exoticâ linguâ verbosissimas preces reboare non formidant, in quibus nec Syllabam vnam ipsi interdum assequuntur, nec alios intelligere volunt?

Parallelus 17.

Augustini Catholici:

Caro Christi realiter & substantialiter in Eucharistia præsens, est adoranda.

D. *Aug. lib. 2. contra liter. Petilia. cap.* 37. Aliud est Pascha quod adhuc illi de oue celebrant, aliud autem quod nos in corpore & sanguine Domini accipimus. *Et in Psalm.* 98 Suscepit enim (*Christus*) de terra terrã, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit; & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem mãducat, nisi prius adorauerit.

Parallelus 17.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. lib. 4. Instit. ca. 17. §. 12. Primò quidem præsentia Christi in Sacramento minimè talis somnianda nobis est, qualem Rom. Curiæ Artifices

con-

confinxerunt,ac si locali præsentiâ Corpus Christi manibus attrectandum, atterendum dentibus, ore deglutiendum sisteretur. *Et* §.5. Interim verò hanc non aliam esse quam fidei manducationem, fatemur,vt nulla alia fingi potest.

Vide Superstitio, Calix.

Parallelus 18.

Augustini Catholici.

Castitas absolutè seruatu est possibilis.

*D.Aug. libro. 2. de Adulter.Coniug. cap.*20. Plurimæ pudicissimè transigunt & maximè Syræ, quarum mariti negotiandi quæstibus occupati,iuuenes adolescentulas deserunt, & vix aliquando senes ad aniculas reuertuntur; eo ipso euidentius conuincuntur, non esse impossibile quod se non posse causantur. *Paulo post.* Quando istos terremus ne adulti coniugiis hærendo, pereãt in æternum, solemus eis proponere etiam continentiam Clericorum, qui plerumque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur inuiti, eamque susceptam vsque ad debitum finem,Domino adiuuãte, perducunt. *Et de bono viduitat. cap.*11. Post voti professio. perseueranter frænandum & vincendum est quod libet quia iam non licet.

Parallelus 18.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther.sermo.de Matrimo. Est res necessaria vt marem feminæ, feminam mari sociari oporteat. *Et Cal.lib.2.Instit.cap.*8.§.43.Si ad domandam libidinem vires deficiant, intelligat iam sibi coniugij necessitatem

ſitatem à Domino impoſitam.

Vide Cœlibatus, Virginitas & Votum.

Parellelus 19.

Auguſtini Catholici.

Carimoniæ Eccleſiæ ad pietatem accendunt.

D. *Aug. Epiſt.* 119. *ad Ianuar. cap.* 11. Credo quòd ipſe Animi motus quamdiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur: ſi verò feratur ad ſimilitudines corporales (*Carimonias*) & inde feratur ad ſpiritalia, quæ illis ſimilitudinibus figurantur, ipſo quaſi tranſitu vegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus, accenditur.

Parallelus 19.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Caluin. lib. 4. Inſtitut. cap. 15. §. 19. Et ſi autem me non latet quàm vetuſta ſit aduentitiæ huius farraginis (*Caremoniarum*) origo: reſpuere tamen mihi & pijs omnibus fas eſt, quicquid ad Chriſti inſtitutionem addere auſi ſunt homines.

Vide Baptiſ. Caremonia, & Leges.

Parallelus 20.

Auguſtini Catholici.

Character inamiſſibiliter à quibuſdam Sacramentis, animæ imprimitur.

D. *Auguſt. lib.* 2. *contr. Epiſt Parmen. cap.* 13. An fortè minus hærent Sacramenta Chriſtiana quàm corporalis (*Militiæ*) hæc nota, quum videamus nec Apoſtatas carere Baptiſmate, quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus non reſtituitur, & ideò amitti non poſſe iudicatur?

Paral-

Paralleus 20.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin lib.4.cap.19.§.31. Hoc est (si Deo placet) sacrum oleum quod Characterem indelebilem imprimit; quasi verò oleum puluere & sale abstergi non possit, aut (si tenacius adhæsit) sapone. At Character ille spiritualis est: Quid oleo cum Anima?

Parallelus 21.

Augustini Catholici.

Chrismatis Sacramentum & oleum sanctum est.

*D.August lib.2.contr.lit.Petilia.cap.*104. Sacramentum Chrismatis in genere visibilium Signorum sacrosanctum est, sicut ipse Baptismus. *Et lib.5.contr. Donatist.cap.*19. Quomodo aquam mundat & sanctificat homicida? Quomodo benedicunt oleum tenebræ.

Parallelus 21.

Augustinomastigis Hæretici.

*Caluin.lib.4.Instit.cap.*19.§.7. Qui oleum vocant oleum salutis, salutem quæ in Christo est, abiurant, Christum abnegant. *Et* §.10. Præ hac (*aqua*) vestrum oleum non vnius stercoris facimus siue in Baptis. siue in Confirmatione. *Et Præfatio in Catechis.* Fœtidum oleum Papistarum.

Parallelus 22.

Augustini Catholici.

Christi anima verè descendit ad Inferos & limbum Patrum.

D. August. Epist.57: ad Dardan. Neque enim ipso die in cœlo futurus erat homo Christus Iesus, sed in inferno secundum animam: in sepulchro autem secundum carnem. *Et paulò post.* Quod verò illa anima in infernum descenderit, Apostolica doctrina prædicat.

Pararellus 22.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin.lib.2. Instit.cap.16.§.9. Concludere in carcere mortuorum animas, puerile est: Christi autem animam illuc descendere vt eas manumitteret, quid opus fuit? Libenter equidem fateor Christum ipsis illuxisse virtute sui Spiritus.

Parallelus 23.

Augustini Catholici.

Ciborum delectus pœnitentiæ causâ assumptus, caret superstitione.

D. August. contra Adimant. Manichæum, cap.14. Hos enim propriè designat (D. Paulus) qui non propterea temperant à cibis talibus, vt aut cõcupiscentiam suam refrænent, aut infirmitati alterius parcant: sed quia ipsas carnes immundas putant. *Et lib.1. de morib. Eccles. Cathol. cap.33.* Non reijciendis generibus ciborum quasi pollutis, sed concupiscentiæ perdomandæ & dilectioni fratrum retinen-

nendæ, inuigilat omnis industria.

Pararellus 23.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther. lib. de vera Eccles. Reform. ratione. Iniuria fit Deo, cum simpliciter, etiam ad certos dies, esus carnium interdicitur. *Et Caluin. lib. 3. Instit. c. 19.*

Vide Ieiunium, & Satisfactio, & Virginitas.

Parallelus 24.

Augustini Catholici.

Cælibatus Sacerdotum laudabilis est ac seruatu possibilis.

D. August. lib. 2. de Adulterin. Coniugiis, cap. 20. Quando terremus ne adulterinis Coniugijs hærendo, pereant in æternum, solemus eis proponere etiam continentiam Clericorum, qui plerumq; ad eandem sarcinam subeundam capiuntur inuiti, eamque susceptam vsque ad debitum finem, Domino, adiuuante, perducunt.

Parallelus 24.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin. lib. 4. Instit. cap. 12. §. 23. Quod Sacerdotibus interdictum fuit Coniugium, id factum est impiâ tyrannidè.

Vide Castitas, Virginitas, & Votum.

Parallelus 25.

Augustini Catholici.

Conciliorum Generalium decreta securè & irrefragabiliter à Catholicis suscipienda.

D. August. lib. 7. de Baptis. contr. Donatist. cap. 53. Nobis

bis tutum est in ea (*loquitur de obscura quadam quæstione*) non progredi aliquâ temeritate sententiæ, quæ nullo in Catholico Regionali Concilio cœpta, nullo plenario Concilio terminata sunt: Id autem fiduciâ securæ vocis asserere, quod in gubernatione Domini Dei nostri & Saluatoris Iesu Christi, vniuersalis Ecclesiæ consensione roboratum est.

Parallelus 25.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther. art. 115. ex quingentis art. Ideò debeo dicere; Papa tu conclusisti cum Concilijs, nunc habeo ego iudicium an acceptare queam, nec ne. *Et Caluin. lib. 4. Instit. cap. 9. §. 8.* Quoties Concilij alicuius decretum profertur, expendi primum diligenter velim quo tempore habitũ sit, &c. Deinde illud ipsum de quo agitur, ad Scripturæ amussim examinari, idque in eum modum, vt Concilij definitio pondus suum habeat, sitque instar præiudicij, neque tamen examen, quod dixi, impediat.

Parallelus 26.

Augustini Catholici.

Concupiscentia in Renatis est quidem malum, sed non veri nominis peccatum?

D. August. lib. 1. de Nupt. & Concupisc. cap. 23. Concupiscentia iam non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non consentitur. *Et lib. 6. contr. Iulian. cap. 5.* (*Qui baptizatur*) Omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis: nunquid caret corruptione corporis?

Paral-

Parallelus 26.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Caluin.lib. 3.*Inſtit.cap.* 3.§.12. Omnes hominum cupiditates malas eſſe docemus, & peccati reas peragimus, non quatenus ſunt naturales, ſed quia inordinatæ.

Parallelus 27.

Auguſtini Catholici.

Confeſſio auricularis peccatorum, Sacerdoti eſt facienda.

D.*Auguſt.de vera & Falſa Pœnitent.cap.*14 Cautus ſit, ne verecundiâ ductus diuidat apud ſe Confeſſionem, & diuerſa diuerſis Sacerdotibus velit manifeſtare. *Et lib.*2.*de viſitat.Infirmor.cap.*4. Ergo quæ mentem grauiùs exacerbant facinora, Dei Angelo manifeſta, nihil obſcurum dicens, &c. Deſignanda ſunt etiam in quibus peccaſti loca, ſi recordaris & tempora, cum quibus peccaſti Perſonis, non nomina ipſarum.

Parallelus 27.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

*Caluin.lib.*3.*Inſtit.cap.*4.§.18. Iam verò quod affirmant non dimitti peccata niſi voto confitendi firmiter concepto, & clauſam eſſe Paradiſi portam ei qui facultatem confitendi ſibi oblatam neglexerit, abſit vt iſtud eis concedamus.

Vide Abſoluendi poteſtas. Confirmatio. Vide Chriſmatis Sacramentum. Continentiæ poſſibilitas. Vide Caſtitas, Virginitas, Votum.

Parallelus

Parallelus 28.

Auguſtini Catholici.

Contritio verè mundat hominem à peccato, nec eum reddit hypocritam.

D. *Auguſt. l. 2. contr. Creſcon. Grammat. cap.* 12. Mundantur (*homines peccantes*) & Sacrificio contriti cordis, ab illo de quo dictum eſt, Sacrificium Deo Spiritus contribulatus. *Et ſerm. 7. de Tempor.* Quando ſic pœnites vt tibi amarũ ſapiat in animo quod ante dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipſum te cruciat in mente: Iam tunc benè ingemiſcis ad Deum & dicis, Tibi ſoli peccaui.

Parallelus 28.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Luther. art. 6. apud Roſſenſ. Contritio quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem peccatorum, quâ quis recogitat Annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ Beatitud. & acquiſitionem æternæ damnationis: Hæc contritio facit Hypocritam, immo magis peccatorem.

Parallelus 29.

Auguſtini Catholici.

Corona Clericalis tonſura eſt laudabilis.

D. *Auguſt. Epiſt.* 147. *ad Proculianum.* Per coronam

noſtram

noſtram nos adiurāt veſtri, per Coronam veſtram vos adiurant noſtri.

Parallelus 29.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Caluin.lib.4.Inſtit.cap 19.§.26. Quum dicunt Coronam clericalem habere originem à Nazaræis & rationem; quid aliud adferunt, quàm ſua myſteria à Iudaicis cærimonijs nata eſſe vel potiùs merum eſſe Iudaiſmum?

D.

Parallelus 30.

Auguſtini Catholici.

Defunctorum Animæ iuuantur Sacrificijs, orationibus, Eleemoſynis.

D. *Auguſt. de verbis Apoſt. ſerm.* 34. Orationibus verò S. Eccleſiæ & Sacrificio ſalutari & Eleemoſynis quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubium mortuos adiuuari.

Parallelus 30.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Cal. l. 3. *Inſtit. c.* 3. §. 10. Ante mille & 300. Annos vſu receptum fuit vt precationes fierent pro defunctis, eos viciſſim interrogo, quo Dei verbo, quâ reuelatione, quo exemplo factum ſit? *Et poſtea.* Abrepti etiam ipſi (veteres) fateor in errorem fuerunt.

Vide Animæ, & Monica.

Parallelus

Parallelus. 31.

Auguſtini Catholici.

Deus non eſt ſuaſor , impulſor vel auctor actionis peccati.

D.*Aug.ad Art. ſibi falſo impoſitos. art.*10. Deteſtanda & abominanda opinio eſt , quæ Deum cujuſquam malæ voluntatis aut malæ actionis credat auctorem, *Et*, Adulteria enim Matronarū,& corruptelas virginum non inſtruere nouit Sancta Diuinitas.*Et paulo poſt.*Non ergo caſus ruentium,nec malignitatem iniquorum,neque cupiditates peccantium,prædeſtinatio Dei aut excitauit, aut ſuaſit aut impulit.

Parallelus 31.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Luther. art. 36. *apud Roffen.* Mala opera Deus in impiis operatur.*Et Cal l.*1.*Inſtit.ca.*18.§.1. Abſalon incæſto coitu Patris thorum pollnens, deteſtabile ſcelus perpetrat, Deus tamen hoc opus ſuum eſſe pronuntiat. *Et* §. 2. Vnde apparet certâ deſtinatione Dei,fuiſſe impulſos, (ſcilicet Aſſyrios ad prædam.)

Vide voluntas,& fatalis neceſsitas.

Parallelus 32.

Auguſtini Catholici.

Deus obdurat & excæcat malos, non adiuuando vel inſtigando, ſed deſerendo.

D. *Aug. tract.*53. *in Euangel. Ioan.* Excæcauit oculos eorum & indurauit cor eorum. Etiam hoc eorum

rum voluntatem meruiſſe reſpondeo. Sic enim excæcat,ſic obdurat Deus, deſerendo, non adiuuando, quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt.

Parallelus 32.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Cal.l.2.Inſtit.ca.4.§.2. Non permiſſionis tantùm aut patientiæ Diuinæ eſſe peccata, ſed etiam potentiæ, vt ſic priora peccata puniantur. *Poſt pauca.* Ad exequenda ſua iudicia per miniſtrum iræ ſuæ Satanam, & conſilia eorum deſtinat quo viſum eſt, & voluntates excitat, & conatus firmat &c. Ergo quia perditum Deus volebat, obſtinatio cordis, Diuina fuit ad ruinam præparatio.

E.

Parallelus 33.

Auguſtini Catholici.

Eccleſia non eſt inuiſibilis neque ex ſolis iuſtis conſtat.

D.Aug.in Epiſt.Ioan.tract. 2. In ſole poſuit tabernac.ſuum, id eſt, in manifeſto. Tabernaculum eius, caro eius, tabernaculum eius, Eccleſia eius: in ſole poſita eſt, non in nocte, ſed in die. *Et poſt.* Quid ampliùs dicturus ſum, quam cæcos qui tam magnum montem non vident? *Et de hæreſ. ad Quod vult Deum, hæreſ.* 88. In id etiam progrediuntur, (*Pelagiani*) vt dicant, vitam Iuſtorum in hoc ſæculo nullum omnino habere peccatum, & ex his Eccleſiam Chriſti in hac mortalitate perfici.

Paral-

Parallelus 33.

Augustinomastigis Hæretici.

*Luther.lib. de abrogand. Missa priuata part.*1. Quis Ecclesiam nobis monstrabit, quum sit occulta in spiritu,& solum credatur? *Et Calu.l.4.Instit. cap.*1.§. 7. nobis inuisibilem,solius Dei oculis cõspicuam credere Ecclesiam necesse est. Et: interdum quum Ecclesiam nominant,eam intelligunt,quæ reuera est coram Deo,in quam nulli recipiuntur, nisi qui & adoptionis gratiâ filij Dei sunt, & Spiritus sanctificatione,vera Christi membra.

Eucharistia,vide Caro *Christi.*

Exorcismi,vide Baptismi Cærimonia.

Parallelus 34.

Augustini Catholici.

Extrema Vnctionis Sacramentum infirmis dandum.

D. August. tom.9. de rectitud. Cathol. Conuersationis: qui ægrotat, in sola Dei misericordia confidat, & Eucharistiã cum fide & deuotione accipiat, oleũque benedictum fideliter ab Ecclesia petat, vnde corpus suum vngatur.

Parallelus 34.

Augustinomastigis Hæretici.

*Cal.l.4.Instit.cap.*19.§.18. Tertium fictitium Sacramentum est Extrema vnctio, quæ nõ nisi à Sacerdote perficitur,idque in extremis (sic loquuntur) & oleo ab Episcopo consecrato. *Et paulo post,* Histrionica Hypocrisis est.

Paral-

E.

Parallelus 35.

Augustini Catholici.

Fatalem peccandi necessitatem nec Deus nec vlla causa iniicit Homini.

D. Aug lib.1.de sermo.Domini in monte. Omnes naturæ in ordine suo gradibus suis pulchræ sunt, sed de superioribus in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora non est declinandum: nec quisquam hoc facere cogitur, & ideo si fecerit sine iusta defensione punitur, non enim hoc commitatit inuitus. *Et de nat. & gratia ca.67.* Quæcumq; ista causa est voluntatis, si nō potest ei resisti, sine peccato ei ceditur: Si autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur. An fortè fallit incautum? ergo caueat ne fallatur. An tanta fallacia est vt caueri omnino non possit? Si ita est, ergo nulla peccata sunt: Quis enim peccat in eo quod caueri nullo modo potest?

Parallelus 35.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal.lib.3.Instit.c.23.§.9. Excusabiles peccando haberi volunt Reprobi, quia euadere nequeunt peccandi necessitatem, præsertim quum ex Dei ordinatione sibi iniiciatur huiusmodi necessitas. Nos verò inde negamus ritè excusari, quandoquidem Dei ordinationi quâ se exitio destinatos conqueruntur, sua constet æquitas, nobis quidem incognita, sed illa certissima.

Vide voluntas hominis.

Parallelus 36.

Augustini Catholici.

Fides semel obtenta est amissibilis, nec sola sufficit ad salutem.

*D.Aug.lib.*1.*de Doctr.Christ.ca.* 37. Fide titubante, caritas etiam ipsa languescit: nam si à fide quisq; ceciderit, à caritate etiam necesse est cadat. *Et de Heres.ad quod vult Deum heres.* 54. Fertur etiam vsq; à Deo fuisse bonis moribus inimicus (*Eunomius*) vt asseueraret quod nihil cuique obesset quorumlibet perpetratio ac perseuerantia peccatorum, si huius quæ ab illo docebatur, fidei particeps esset. *Et tom.* 3. *Ench.ca.*8. Iam de amore quid dicam, sine quo fides nihil prodest?

Parallelus 36.

Augustinomastigis Hæretici.

*Cal.lib.*3.*Instit.cap.*2.§.12.(*Tenendum est*) Quamuis exigua sit ac debilis in electis fides: quia tamē spiritus Dei certa illis arrha est ac sigillum suæ adoptionis, nunquam ex eorum cordibus deleri posse eius sculpturam. *Et l 3 ca.11.*§.19. Iam perspicit lector quantâ æquitate, doctr. nostram hodie Sophistæ cauillentur, quum dicimus hominem solâ fide iustificari.

Parallelus

G.

Parallelus 37.

Augustini Catholici.

Gratiâ habituali inhærente, non solâ extrinseci Dei fauoris acceptione, iustificamur.

D. Aug. lib. 1. de peccat. Merit. & Remissio. c. 9. Ille in quo omnes viuificabuntur &c. dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis. *Et c.* 10. Legimus iustificari in Christo qui credunt in eum, propter occultam communicatio, & inspirationem gratiæ spiritalis, quâ quisquis hæret Domino, vnus spiritus est.

Parallelus 37.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. in Antidot. Concil. Trid. sessio. 6. cap. 7. Falsum esse contendo, vllam Iustitiæ partem in qualitate, si tam esse vel habitu qui in nobis resideat, sed gratuitâ acceptione nos esse iustos.

Parallelus 38.

Augustini Catholici.

Gubernatores Ecclesiæ, Ordinatione & Vnctione fiunt non ætate.

D. Iuo ex dictis sancti Augustini, in 6. part. ca. 151. Sicut enim Episcopi, Apostolorum in Ecclesia: ita nimirum Presbyteri, cæterorum discipulorum Domini vicem tenent, & illi tenent gradum sum-

 mi

Parallelus 36.

Auguſtini Catholici.

Fides ſemel obtenta eſt amiſſibilis, nec ſola ſufficit ad ſalutem.

*D.Aug.lib.*1.*de Doctr.Chriſt.ca.* 37. Fide titubante, caritas etiam ipſa langueſcit: nam ſi à fide quiſq; ceciderit, à caritate etiam neceſſe eſt cadat. *Et de Hæreſ.ad quod vult Deum hæreſ.* 54. Fertur etiam vſq; à Deo fuiſſe bonis moribus inimicus (*Eunomius*) vt aſſeueraret quod nihil cuique obeſſet quorumlibet perpetratio ac perſeuerantia peccatorum, ſi huius quæ ab illo docebatur, fidei particeps eſſet. *Et tom.*3.*Ench.ca.*8. Iam de amore quid dicam, ſine quo fides nihil prodeſt?

Parallelus 36.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

*Cal.lib.*3.*Inſtit.cap.*2.§.12.(*Tenendum eſt*) Quamuis exigua ſit ac debilis in electis fides: quia tamē ſpiritus Dei certa illis arrha eſt ac ſigillum ſuæ adoptionis, nunquam ex eorum cordibus deleri poſſe eius ſculpturam. *Et l 3 ca.11.*§.19. Iam perſpicit lector quantâ æquitate, doctr. noſtram hodie Sophiſtæ cauillentur, quum dicimus hominem ſolâ fide iuſtificari.

G.

Parallelus 37.

Augustini Catholici.

Gratiâ habituali inhærente, non solâ extrinseci Dei fauoris acceptione, iustificamur.

D. Aug. lib. 1*. de peccat. Merit. & Remissio. c.* 9. Ille in quo omnes viuificabuntur &c. dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis. *Et c.* 10. Legimus iustificari in Christo qui credunt in eum, propter occultam communicatio, & inspirationem gratiæ spiritalis, quâ quisquis hæret Domino, vnus spiritus est.

Parallelus 37.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. in Antidot. Concil. T*rid. sessio.* 6*. cap.* 7. Falsum esse contendo, vllam Iustitiæ partem in qualitate, si tam esse vel habitu qui in nobis resideat, sed gratuitâ acceptione nos esse iustos.

Parallelus 38.

Augustini Catholici.

Gubernatores Ecclesiæ, Ordinatione & Vnctione fiunt non ætate.

D. *Iuo ex dictis sancti Augustini, in* 6*. part. ca.* 151. Sicut enim Episcopi, Apostolorum in Ecclesia: ita nimirum Presbyteri, cæterorum discipulorum Domini vicem tenent, & illi tenent gradum sum-

 mi

mi Pontif. Aaron; isti verò filiorum eius. Vnde oportet vos semper memores esse tantę dignitatis, memores vestræ consecrationis sacræ, quam in manibus suscepistis, vnctionis &c.

Parallelus 38.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. lib. 4. Instit. cap. 3. §. 7. Gubernatores (*Ecclesiæ*) fuisse existimo seniores è plebe delectos, qui censuræ morum & exercendæ disciplinæ, vnà cum Episcopis præessent.

Vide Absoluendi potestas.

I.

Parallelus 39.

Augustini Catholici.

Ieiunium, maximè Quadragesimale, est præcepti.

D. Aug. Epist. 86. ad Casulan. Presbyterum. Ego in Euangelicis & Apost. literis totoque instrumẽto, quod appellatur Testament. Nouum, animo id reuoluens, video præceptum esse ieiunium. *Et in Psalm.* 110. Significatur quadragenario numero, quo & Moses & Elias & ipse Dominus ieiunauerunt: præcipitur enim nobis & ex lege ex Prophetis & ex ipso Euangelio, quod testimonium habet à lege & Prophetis.

Parallelus 39.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. lib. 4. Instit. c. 12. §. 20. Et tunc passim inualuerat superstitiosæ Quadragesimæ obseruatio. *Et infra.* Fuit igitur mera κακοζηλία & superstitionis

plena

plena, quod titulo ac colore imitationis Christi ieiunium ornabant.

Vide, Ciborum delectus.

Parallelus 40.

Augustini Catholici.

Imaginum & Signi Crucis vsus, est laudabilis.

D. *Aug. lib.* 1. *de Consens. Euangel. cap.* 10. Cogitauerunt (*Pagani volentes scriptum quoddam magicum Christo, falsò tribuere*) ad quos potissimum scribere potuisse facilè crederetur, tanquam ad illos qui ei familiarius adhæsissent, quibus illud quasi secretū dignè committeretur, & occurrit eis Petrus & Paulus. Credo quod pluribus locis simul eos cum illo pictos viderūt, quia merita Petri & Pauli &c. D. *Aug. in Psalm.* 36. *Concion.* 2. Crux honorata est & finita. Finita est in pœna, manet in gloria. A locis suppliciorum fecit transitum ad frontes Imperatorum. Qui tantū honorē dedit pœnis suis, quid seruat fidelibus suis? & tract. 36. in Ioannem: Nihil erat in carne (*Cruce*) intollerabilius, nihil nūc est in fronte gloriosus. Quid seruat fideli suo, qui talem honorem dedit supplicio suo? Et l. 12. contr. Faust. Manich. c. 30. Signantur signo Dominicæ Passionis in frontibus Populi ad tutelam salutis.

Parallelus 40.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. lib. 1. *Instit. c.* 11. §. 14. Vt appareat lectoribus quorsum euaserit eorū furor qui imaginū magis fuerunt cupidi quam Christianos decebat: sed hoc primum expediamus. Qui hodie simulacrorum

rum vsum tuentur, Nicenæ, illius Synodi Patrocinium allegant.

Infantes vide Baptizati.

Parallelus. 41.

Augustini Catholici.

Inuocatio Sanctorum consonat Scripturæ.

*D. Aug. lib. Meditat. c.*24. Felices sancti Dei omnes intercedite & orate constanter atque indesinenter pro nobis miseris. *Vide lib.*22. *de ciuit. Dei ca.* 8. *circa med. exemplum florentij qui inuocans SS. Martyres mox exauditus fuit. Item August. de cura pro mor. c.*4.

Parallelus 41.

Augustinomastigis Hæretici.

*Cal. libr.*3. *Instit. ca.*29. §.22. Postquam cœptum fuerat in Sanctorum Intercessionem respicere, sensim sua cuique procuratio est attributa; vt pro negotij diuersitate, nunc hic nunc ille aduocaretur intercessor: tum singuli peculiares sibi Diuos asciuerunt, in quorum nō secus atque tutelarium Deorum fidem se contulerunt.

Vide Adoratio Religiosa.

Iustificatio, Vide Gratia habitualis.

L.

Parallelus 42.

Augustini Catholici.

Leges morum non tollit Christiana libertas.

*D. Aug. lib.*22. *contra Faust. cap.* 6. De præceptis & Sacra-

Sacramentis veteris Testam. sæpe ac multa iam diximus, vt intelligeretur aliud ibi fuisse, quod per gratiam Noui Testam. faciendo, donaretur implendum; aliud quod per veritatem patefactam remouendo, demonstraretur impletum. *Et de fide & opere.c.*24. Quum loqueretur (*Apost.Petrus*) de iis qui in occasionem carnis acceperant & in velamentum malitiæ quod scriptum est: Nos ad Nouum Testam. pertinentes, non ancillæ filios esse, sed liberæ, quâ libertate Christus nos liberauit: & putauerunt hoc esse liberè viuere, vt tanquam de tanta redemptione securi, quicquid liberet, licere sibi arbitrarentur, non intuentes quod dictum est; vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis.

Parallelus 42.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther.lib.de Libertat. Christian. Nullo opere, nulla lege, homini Christiano opus est, quum per fidē liber sit, ab omni lege. *Et in cap.*2. *ad Galat.* Nihil mihi cum lege, Quare? quia habeo libertatem.

M.

Parallelus 43.

Augustini Catholici.

Machabæorum libri sunt verè canonici.

*D. Aug.lib.*2. *de doctr. Christ. cap.* 8. Totus Canon Script. his libris continetur; Quinq; Moseos &c. sicut est Iob & Tobias & Hœster & Iudith, & Machabæorum libri duo.

Parallelus 43.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal.lib.3.Instit.cap.5.§.8. Quod ex Machabæorũ histor. proferunt, responsione non dignabor, ne opus illud videat in Sacrorum librorum Catalogum referre.

Parellelus 44.

Augustini Catholici.

Matrimonium est verum, idque insolubile Sacramentum.

*D.Aug De bono Coniugal. cap.*7. Vsque adeo fœdus illud initum nuptiale, cuiusdam Sacramenti res est, vt nec ipsâ separatione irritum fiat, quandoquidem viuente viro à quo relicta est, mæchatur si alteri nupserit, & ille huius mali causa est qui reliquit. *Et cap.*15. Quoddam Sacramentum nuptiæ gerunt, nullo modo potest nisi alicuius eorum morte dissolui.

Parallelus 44.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther. in 1.ad Corinth.cap. 7. Si alter cum altero in gratiam redire nolit &c. poteritne cum alio contrahere? Respondeo. Procul dubio poterit. *Et Cal.l.4.Instit.cap.* 19. §. 34. Non magis ratio Sacramenti conuenit Matrimonio, quam agriculturæ, tonstrinæ, aut sutoriæ arti.

Paral-

Parallelus 45.

Augustini Catholici.

Mediator per excellentiam solus est Christus; Sancti solùm secundarij.

D *Aug. contra Epist.Parmen.c* 8.Homines omnes Christiani inuicem se commendant orationibus suis:pro quo autem nullus interpellat,sed ipse pro omnibus, hic vnus verusque Mediator est. *Et in Psalm.*85 *sub finem.* Dominus noster Iesus Christus adhuc interpellat pro nobis: omnes Martyres qui cum illo sunt,interpellant pro nobis, non transeunt interpellationes illorum.

Parallelus 45.

Augustinomastigis Hæretici.

*Cal. lib.*3 *Instit cap.* 20. §. 21. Ad conciliandam Dei beneuolentiam, eorum (*Sanctorum*) merita subinde obtruduntur, atque vt plurimum, Christo præterito, per eorum nomina Deus obsecratur. An non hoc quæso est munus vnicæ illius intercessionis,quam Christo supra asseruimus, ad illos traducere?

Vide Adoratio & Inuocatio Sanctorum.

Parallelus 46.

Augustini Catholici.

Meretur iustus ex iustitia mercedem vitæ æternæ.

D. *Aug. De Perfectio. Iustitiæ,Resp.*17. Post hanc vitam merces perficiens redditur; sed eis tantum à quibus in hac vita, eiusdem mercedis meritum com-

comparatur. *Et Epist.46.ad Valentinum*: vt iustificetur impius, hoc est, ex impio fiat iustus, & incipiat habere meritum bonum, quod Deus coronabit quando iudicabitur mundus.

Parallelus 46.

Augustinomastigis Hæretici.

*Cal.l.3.Institut.c.*15.§.3. Quæ autem ista est malignitas, non contentos illâ Dei largitate, quæ nihil tale merentia opera indebitis præmiis muneratur, sacrilegâ ambitione vltra contendere, vt operum meritis videatur rependi, quod Diuinæ totum est munificentiæ. *Et* §.4. Scio Sophistas abuti locis quibusdam vnde probent meriti nomen.

Parallelus 47.

Augustini Catholici.

Missa verum Sacrificium Deo, non Sanctis, offerunt Romano-Catholici.

*D.August.Concio.*11. *in Psalm.* 33. Nondum enim erat Sacrificium Corporis & Sanguinis Domini, quod fideles norunt, & qui Euangelium legerunt, quod Sacrificium nūc diffusum est toto orbe terrarum. *Et de Ciuit. Dei lib.*22. *cap.* 10. Nec ibi erigimus altaria in quibus Sacrificemus Martyribus, sed vni Deo & Martyrū & nostro Sacrificiu mimmolamus &c. Deo quippe, non ipsis Sacrificat, quamuis in memoria sacrificet eorum. *Et libro.*20. *contr. Faust. cap.* 21. Quis enim Antistitum in loco SS. Corporum assistens altari, aliquando dixit: Offerrimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? *Pro missis priuatis vide lib.*22.*de ciuit.Dei,c.*8.

Paral-

Parallelus 47.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal.l.4. Instit. c.18. §.8. Dico priuatas Missas cũ Christi institutione ex Diametro pugnare, ideoq; impiam esse S. Cœnæ prophanationem. *Et paulo post.* In Missis ergo priuatis impius est abusus.

Vide Altaria, & Monica.

Parallelus 48.

Augustini Catholici.

Monachorum & Monialium institutum est laudabile.

D.*Aug.in Psalm.* 132. Quare ergo & nos non appellemus Monachos, quum dicit Psalm. Ecce quã bonum & quam iucundum &c. *Et in Psalm.*99. Inuenis Sanctimoniales indisciplinatos, nunquid ideo sanctimonium reprehendendum est?

Parallelus 48.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal.l. 4. Instit.c. 13.§.17. Cur idem de Monachis dicere non liceat, qui vnà cum cucullo, mille impiarum superstitionum laqueum sibi induunt? Iam quæ votorum species? *Et* §.19. Ad Moniales verò qui trahere licuit hunc Pauli locum?

Paral-

Parallelus 49.

Augustini Catholici.

S. Monica moriens piè sui memoriam ad altare fieri desiderauit.

D. *Aug. l. 9. Confessio. c. 13.* Non ista mandauit (*Monica*) nobis, sed tantummodo, memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermissione seruierat; *Et ca. 12.* Nam neque in eis precibus quas tibi fundimus cum offertur pro ea (*Monica*) Sacrificium pretij nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadauere &c. nec in eis precibus ego fleui.

Parallelus 49.

Monicæmastigis Hæretici.

Cal. l. 3. Instit. cap. 5. §. 10. Monicam matrem suam in libris, Confessionum Augustinus narrat vehementer rogasse, vt sui memoria in peragẽdis Mysteriis fieret ad altare. Anile scilicet votum, quod filius non exegit ad normam Scripturæ.

Necessitas voluntatis, Vide Arbitritrium & fatalis peccandi necessitas.

Parallelus 50.

Augustini Catholici.

Obseruantia legis non est homini impossibilis.

D. *Aug. de nat. & Grat. cap. 69.* Eo quippe ipso quo firmissimè creditur, Deum iustum & bonum impossibilia non potuisse præcipere: hinc admonemur & in facilibus, quid agamus, & in difficilibus, quid petamus.

Paral-

Parallelus 50.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal.l.2.Instit c.7.§.5. Sit ergo extra controuersiã, impossibile esse in hac carne, legis implementum.

Oleum Benedictum, Vide Chrismat. Sacram. & Altaria Sacra.

Parallelus 51.

Augustini Catholici.

Opera supererogationis agnoscit D. Augustinus.

D. August. de S. Virginitat. cap. 30. Neque enim sicut non Mæchaberis, non occides; ita dici potest; non nubes. Illa exiguntur, ista offeruntur. Si fiunt ista, laudantur: nisi fiant illa, damnantur. In illis Dominus debitum imperat vobis: in his autem si quid amplius supererogaueritis, in redeundo reddet vobis.

Parallelus 51.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin. li.3. Instit. cap. 14.§.14. Iactare verò Supererogationis opera, quomodo cum illo conuenit, quod nobis præceptum est, vt quum fecerimus quæcumque præcipiuntur nobis, dicamus nos seruos esse inutiles?

Operum puritas, Vide Actiones Iustorum.
Operum necessitas, Vide Fides & Leges.

Parallelus

Parallelus 52.

Augustini Catholici.

Ordo est verum nouæ Legis Sacramentum.

D. *August. de bono Coniugal. cap.* 24. Si fiat ordinatio Cleri ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis Sacramentum Ordinationis. *Et lib.* 2. *contra Epist. Parmen. cap.* 13. Vtrumque enim (*Baptismus & S. Ordo*) Sacramentum est & quâdam consecratione vtrumque homini datur.

Parallelus 52.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin. lib. 4. *Instit. cap.* 19. §. 22. Primum autem obiter perstringemus quot & quam insulsas absurditates nobis ingerant, dum nobis suos Ordines pro Sacramentis commendare volunt.

Paruuli, Vide Baptizati, Patres. Vide Auctoritas SS. Patrum, & Scriptura.

Papa, Vide Primatus.

P.

Parallelus 53.

Augustini Catholici.

Peccata alia sunt mortalia, alia venialia.

D. *August. de Spirit. & lit. cap.* 36. His constitutis, peccatum erit hominis ex fide viuentis, aliquando alicui delectationi illicitæ consentire, non tantum in illis horrendis facinoribus & flagitijs perpetrandis, verumetiam in istis leuioribus. *Et Enchrid.*

chrid. cap.22. Non ideò mendacium poterit aliquando laudari, quia nonnunquam pro salute quorundam mentimur. Peccatum ergo est, sed veniale.

Parallelus 53.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin.lib.3.Instit.cap.4.§.28. Hic in asylum confugiunt ineptæ distinctionis, peccata quædam venialia esse, quædam mortalia. Sic cum Deo ludunt & ineptiunt. *Et lib.2.cap.8.§.59.* habeant filij Dei, omne peccatum mortale esse, quia est aduersus voluntatem Dei rebellio.

Parallelus 54.

Augustini Catholici.

Peccatum originale est verè peccatum, non sola Naturæ deprauatio.

D.August.lib.6.contra Iulian. Pelag.cap.1. Vt quomodo ille moriendo similitudini peccati, peccato mortuus prædicatur; ita quicumque in illo fuerit baptizatus, eidem peccato, cuius in Christo similitudo, non veritas; eidem rei, cuius illa fuerit similitudo, moriatur. Et quomodo in illius vera carne vera mors fuit, sic fiat in veris peccatis vera remissio. *Et lib.22.de Ciuitat.cap.24.* In Originali malo duo sunt, peccatum atque supplicium.

Parallelus 54.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin.lib.2.Instit.cap.1.§.5. Hæc est hæreditaria corruptio, quam peccatũ Originale veteres nuncupârunt: peccati voce intelligentes, naturæ antea bonæ puræque deprauationem.

Paral-

Parallelus 55.

Augustini Catholici.

Peregrinationes ad loca sancta sunt Religiosa.

*D.Aug.Epist.*137.*ad Clerum & Pop.Hipponen.* Quis potest eius (*Dei*) consilium perscrutari, quare in alijs locis hæc miracula fiant, in alijs non fiant? Multis enim notissima est Sanctitas loci, vbi B.Felicis Nolensis corpus conditum est, quo volui vt pergerent, quia inde nobis, &c.

Parallelus 55.

Augustinomastigis Hæretici.

*Caluin. lib.*4.*Instit cap.*13.§.7. Fuit enim hoc pro magna sapientia habitum, votiuas Peregrinationes ad sanctiora loca suscipere, &c. Hæc & similia non tantum inania deprehendentur ac nugatoria, sed plena manifestæ impietatis.

Parallelus 56.

Augustini Catholici.

Perseuerantiæ certitudinem nullus, quantumuis iustus, habet.

*D.August.l.*11 *de Ciuit.cap.*12. Licet de suæ Perseuerantiæ præmio certi sint, de ipsa tamen perseuerantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominum se in actione profectuque iustitiæ perseueraturum vsque in finem sciat, nisi aliquâ reuelatione?

Parallelus 56.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Caluin. lib. 3. Inſtit. cap. 2. §. 16. Verè fidelis non eſt, &c. niſi qui Diuinæ erga ſe beneuolentiæ promiſſionibus fretus, indubitatam ſalutis expectationem præſumit.

Parallelus 57.

Auguſtini Catholici.

S. Petrus ſedit Romæ.

D. Auguſt. lib. 2. contr. lit. Petilian. cap. 51. Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet? *Et lib. 2. de Hæreſ. ad Quoduult. hæreſ. 1.* In qua vrbe (*Roma*) B. Apoſt. Petrus eum (*Simonem Magum*) verâ omnipotentis Dei virtute extinxit.

Parallelus 57.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Caluin. lib. 4. Inſtit. cap. 6. §. 14. Quod de ſeſſione Petri in Rom. Eccleſia referunt, non videò quid fidei habere debeat.

Vide Apoſtolorum Caput.

Pœnitentia, vide Abſoluendi poteſtas, & Confeſſio, & Contritio.

Parallelus 58.

Auguſtini Catholici.

Prædeſtinatio ad pœnam facta eſt ex præuiſione demeritorum.

D. Auguſt. lib. 3. contr. Iulian. cap. 18. Bonus eſt Deus,

iustus est Deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare quia bonus est; non potest quemquam sine meritis damnare, quia iustus est.

Parallelus 58.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin.lib.3.Instit.cap.21 §.7. Quos verò damnationi Deus addicit, his iusto quidem & irreprehensibili sed irreprehensibili ipsius iudicio, vitæ aditum præcludi asserimus. *Et cap.23.§.7.* Inficiari nemo potest quin præsciuerit Deus quem exitũ esset habiturus homo, antequam ipsum cõderet, & ideò præsciuerit, quia decreto suo sic ordinârat. *Et ibid.* Decretum fuit à Deo vt suâ defectione periret Adam.

Vide Deus.

Parallelus 59.

Augustini Catholici.

Prædestinationis certitudinem nemo hic habet.

D.August.de correpi.& grat.cap.13. Quis ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate viuitur, in numero Prædestinatorum se esse præsumat?

Parallelus 59.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin in Antidot.Concil Trident sess.6 cap.15. Suæ electionis certos esse conuenit vniuersos fideles.

Presbyter. vide Gubernatores Ecclesiæ, & Ordo.

Paral-

Parallelus 60.

Augustini Catholici.

Primatus sedis Romanæ semper viguit.

D. *August. Epist.* 102. *ad Innocent. Papam.* Quia te Dominus gratiæ suæ præcipuo munere in sede Apost. collocauit, talemque nostris temporibus præstitit. *Et Epist.* 162. In Rom. Ecclesia semper viguit Apostolicæ Cathedræ principatus.

Parallelus 60.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin. lib. 4. *Instit. cap.* 6. §. 1. Primatum Rom. sedis, vnde probare contendunt penes se solos esse Cathol. Ecclesiam, non attigimus, quia neque ex Christi instituto, neque ex Ecclesiæ veteris vsu, sumpsit originem.

Parallelus 61.

Augustini Catholici.

Purgatorium ignem multi patientur.

D. *August. in Psalm.* 37. Neque in ira tua emendes me, vt in hac vita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne non opus sit, propter illos qui salui erunt, sic tamen quasi per ignem. *Et infra.* Non solum de illo æterno (*igne*) qui in æternum cruciaturus est impios, sed etiam de illo qui emendabit eos qui per ignem salui erunt.

Parallelus 61.

Augustinomastigis Hæretici.

Caluin. lib. 3. *Instit. cap.* 5. §. 6. Clamandum ergo

S.

Sacerdos, vide Absoluendi potestas, & Gubernatores Ecclesiæ.

Parallelus 63.

Augustini Catholici.

Sacramenta producunt gratiam ex opere operato.

D. August. quæstio. 84 super Leuit. Quomodo ergo & Moses sanctificat & Dominus? Non enim Moses pro Domino, sed Moses visibilibus Sacramentis per ministerium suum; Dominus autem inuisibili gratiâ per Spiritum sanctum. vbi est totus fructus etiam visibiliũ Sacramẽtorum. Nã sine ista sanctificatione inuisibilis gratiæ, visibilia Sacramenta quid prosunt? *Et in Psal.* 83. Sacramenta noui Testam. dant salutem; Sacramenta veteris Testam. promiserunt Saluatorem.

Parallelus 63.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther. art. . . apud Roffen. Hæretica est, sed vsitata sententia, Sacramenta nouæ legis dare gratiam illis qui non ponunt obicem. *Et Caluin. l. 4 Inst. c.* 14. §. 17. Cauendum ne arbitremur latentem aliquam virtutem Sacramentis annexam affixamque esse, quo ipsa per se Spiritus S. gratiam nobis conferant.

Vide Gratia habitualis.

Sacrificium, vide Missa, & Monica.

Sancti, vide, Adoratio, Inuocatio, Mediator, Reliquiæ.

Parallelus 64.
Augustini Catholici.

Satisfactio peccatorum Deo est præstanda.

D. August. Enchrid. cap. 70. Nemini enim dedit Deus laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio cōgrua negligatur. *Et Homil.* 50. Non sufficit mores in melius commutare & à factis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt, satisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem.

Parallelus 64.
Augustinomastigis Hæretici.

Luther. art. 7. apud Roffen. Vehementer odi & sublatum vellem hoc vocabulum, Satisfactio. *Et Calu. lib. 3. Instit. cap. 4. §.* 38. Parum me mouent quæ in veterum scriptis de Satisfactione passim occurrunt.

Parallelus 65.
Augustini Catholici.

Scripturæ S. interpretationi standum iuxta Patrum doctrinam.

D. August. contr. Epist. Manichæi, cap. 5. Quod si fortè in Euāgelio aliquid apertissimū de Manichæi Apostolatu inuenire potueris, infirmabis mihi Catholicorū auctoritatē, qui iubent vt tibi non credam: quâ infirmatâ, nec Euangelio credere potero, quia per eos illi credideram. *Et de vtilitate credend. cap. 6.* Nihil est profecto temeritatis plenius quæ nobis tunc pueris inerati, quam quorumcunq; librorū (*Sanctorum*) expositores deserere, &c. An iste

vulgò

Scripturæ Legis planissimæ sunt,in quas isti quasi vulgò quasi expositas ineptum faciunt frustra atque inaniter?

Parallelus 65.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther. lib. contr. Angliæ Reg Ego aduersus dicta Patrum & Angelorum , pono Euangelium &c, Nihil curo si mille Augustini , mille Cypriani, mille Ecclesiæ contra me starent. *Et Cal. li. 1. Instit. ca. 7. §. 2.* Vanissimum est igitur commentũ, Script, iudicandæ potestatem esse penes Ecclesiam.

Vide Auctoritas SS. Patrum.

Parallelus 66.

Augustini Catholici.

Superstitione caret adoratio Corporis Christi in Eucharistia.

D. Aug. in Psalm. 98. In ipsa carne hic ambulauit (*Christus*) & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit. Nemo autem illam carnem mãducat, nisi prius adorauerit *Et infra.* Et non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando.

Parallelus 66.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. l. 4. Instit. c 17. §. 36. Quid ergo? Superstitiosum esse cultum negabimus, quum sese homines coram pane prosternunt, vt Christum illic adorent?

Vide Caro Christi.

T.

Parallelus 67.

Augustini Catholici.

Timor Inferni salubriter concutit Hominem.

D. Aug. cap. 5. de Catechizand. rudibus. De ipsa etiam seueritate Dei, quâ corda mortalium saluberrimo terrore quatiuntur, charitas ædificanda est, vt ab eo quem timet, amari se gaudens, eum redamare audeat.

Parallelus 67.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther. art. 4. apud Roffen. Timor est pœna Purgatorij.

Vide Contritio.

Parallelus 68.

Augustini Catholici.

Traditiones Ecclesiæ infallibiliter sunt recipiendæ.

D. Aug. l. 2. contr. Donatist. ca. 7. Quam consuetud. credo ex Apost. Traditione venienté, sicut multa quæ non inueniuntur in literis eorum, neque in Conciliis posteriorum, & tamen quia per vniuersam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur. *Et l. 5. c. 23.* Sunt multa quæ vniuersa tenet Ecclesia & ob hoc, ab Apostolis præcepta bene creduntur, quanquam scripta non reperiantur.

Parellel-

Parallelus 68.

Augustinomastigis Hæretici.

*Cal.4.Instit.ca.*8.§.8. Esto igitur hoc firmum Axioma, non aliud habendum esse Dei verbum cui detur in Ecclesia locus, quam quod lege primum & Prophetis, deinde Scriptis Apostolicis continetur.

Parallelus 69.

Augustini Catholici.

Transsubstantiatio non est à Sophistis excogitata.

Lib. Sentent. Prosperi ex D. Aug. Quum fideliter fateamur, ante consectationem, panem esse & vinũ quod natura formauit: post consecrationem verò, carnem Christi & sanguinem esse, quod benedictio consecrauit.

Parallelus 69.

Augustinomastigis Hæretici.

*Cal.lib.4.Instit.cap.*17.§.13. Hinc prodiit fictitia illa Transubstantiatio, pro qua hodie acrius depugnant (*Papistæ*) quam pro omnibus aliis fidei suæ capitibus,

---

Parallelus 70.

Augustini Catholici.

Trinitas habet Personarum Consubstantialitatem.

*D. Aug. lib.*11.*de Ciuit.ca.* 24. Credimus &c. Atq; hoc totum & Trinitas sit propter proprietatem Personarum, & vnus Deus, propter inseparab. Diuini-

Diuinitatem *Et in Psal.68.* Vnde etiam in fide Cathol.contra venena quorūdam Hæreticorum sic ædificamus,vt dicamus Patrem & Filium & Spiritum S.vnius substantiæ esse.

Parallelus 70.

Augustinomastigis Hæretici.

Luther. contra Latomū. Anima mea odit hoc verbum ὁμȣσιον, id est Consubstantialem, videlicet filium.

V.

Parellus 71.

Augustini Catholici.

Virginitas merito & præmio superat nuptias.

D. *Aug. de Ecclesiast. Dogmat. c.68.* Sacratæ verò virginitati nuptias coæquare,aut pro amore castigādi corporis,abstinētibus à vino vel carnibus, nihil credere meriti accrescere ; non hoc Christiani, sed Iouiniani est. *Et de bono viduitat c.15.* Continentiam coniugio præponamus: Sanctam verò virginitatem etiam continentiæ viduali.

Parallelus 71.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal.l.4.Instit.c.12.§.27. Inualuit nimis superstitiosa cœlibatus admiratio:hinc illi subinde & sine modo decantata Virginitatis encomia, vt vix vlla alia virtus, cūm ea conferenda vulgò crederetur. *Et ca.13.§.18.* Votum autem Cœlibatus non aliâ ratione improbamus,nisi quia & pro cultu perperā æstimatur,& temerariè ab iis nuncupatur,quibus conti-

continendi potestas facta non est.

Vide Castitas, Cælibatus, & Votum.

Vnctio. Vide Extrem. Vnctio.

Parallelus 72.

Augustini Catholici.

Voluntas Hominis nisi libera esset, peccare non posset.

D. *Aug. disputat.* 2. *contr. Fortunatum*: Peccata, vt dixi, nisi libera voluntas esset in nobis, peccata non essent.

Parallelus 72.

Augustinomastigis Hæretici.

Cal. lib. 3. *Instit. cap* 23. §. 7. Excusabiles peccando haberi volunt Reprobi, quia euadere nequeunt peccandi necessitatem, præsertim quum ex Dei ordinatione sibi iniiciatur huiusmodi necessitas: Nos verò inde negamus ritè excusari, quandoquidem, Dei ordinationi, quâ se exitio destinatos conqueruntur, sua constet æquitas.

Vide Arbitrium, Deus, & fatalis peccandi necessitas.

Parallelus 73.

Augustini Catholici.

Vota fidelium, Sacerdotum & Monachorum non sunt temeraria.

D. *Aug. lib.* 7. *de ciuit. ca.* 4. Dixerant potentes illi (*Apostoli*) ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te, hoc votum potentissimi vouerant. *Et Epist. ad Armentarium.* Tenetur apud Deum sponsio tua. *Et de Virginitat. c.* 39. Præsumiter itaque, fidite, roborami-

boramini, permanete qui vouetis & redditis Domino Deo veſtro vota perpetuæ continentiæ, nõ propter præſens ſæculum, ſed propter Regnum cœlorum. *Et de fide ad Petrum. ca.* 3. Quod ſcit eſſe licitum & ad profectum vitæ melioris pertinere cognoſcit, & libenter voueat, & celeriter reddat.

Parallelus 73.

Auguſtinomaſtigis Hæretici.

Luther. libr. de votis Monaſt. Vota Monaſtica ſunt impia, Gentilitia, Iudaica, Dæmoniaca &c. *Et Cal. l.* 4. *Inſtit. ca.* 13. §. 3. In quo genere primatum veſanæ audaciæ tenet Cœlibatus, Sacrifici enim, Monachi & Moniales ſuæ infirmitatis obliti, cœlibatui ſe pares eſſe confidunt: quo autem oraculo edocti ſunt, conſtaturã ſibi totâ vitâ caſtitatem, in cuius finem eam voueant? *Et* § 15. Abominationi eſſe apud Deum quicquid voueant, ex Superioribus concludo.

Vide Caſtitas, Cœlibatus & Virginitas.

CENSVRA.

Scriptum iſtud vtiliter imprimetur, quòd in eo variæ noſtri temporis hæreſes, vel vnius D. Auguſtini verbis profligantur ac poterantur.

GVILIELMVS FABRICIVS
Apoſtolicus & Archiducalis
librorum Cenſor.

Vt omnibus conſtet quantum Catholica S.P.N. Auguſtini Doctrina ab Hæreſeon erroribus diſtet; Ordinarij approbatione iuxta S. Concil. Trid. decretum, accedente, facultatem concedo vt paralleli iſti in lucem edantur. Datum Louanij in Conuentu Sancti Auguſtini 26. Iunij 1618.

Fr. AVGVSTINVS THEODORI
Ord. Erem. S. Aug. Prior
Prouincialis indignus.